



## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Novembris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Timothei Archiepiscopi Alexa[n]drini Narratio de maximis miraculis S. &  
gloriosi Martyris Menæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

sententia in impietate, consultasset, capitis vltimam tulit in eum sententiam, & li-  
ctorem quidem adesse iubet cum nudo ense: significauit verò locum extra ciui-  
tatem.

Cum autem peruentum esset ad locum, & martyri priore stadio secundum vi-  
sum esset alacrius, postquam notos parum conuenisset, & verba sua precibus obsi-  
gnasset, apprensus plenus latitia, vt qui repositam sibi beatitudinem visione appra-  
henderet, vt etiam gratias agens abiret ad latitiam mox eum excepturam: Ago ti-  
bi gratias, dicebat, Domine Deus, quòd me dignatus sis conspici socium preciosa  
tuæ mortis, & non dederis deuorandū bestijs agrestibus: sed effecisti perperuò pu-  
ram in te seruare fidem. Hæc cum dixisset, & genu flexisset, ad plagam ei gladio in-  
ferendam perrexit. Post plagam autem sacrum corpus ignis accepit: & sic quidem  
fuit dissolutum id sancti, in quod cadebat interitus: anima autem ad beatam herē-  
ditatem deducta est ab Angelis. Hinc viri pij magnam adhibent diligentiam, vt mar-  
tyris reliquæ ex igne tollerentur, & in insignibus locis reponeretur. Quas quidem  
cum collegissent, & mundis sindonibus imposuissent, vnguentisque & suffitibus  
inunxissent, & iusta omnia eis sanctè fecissent, eas paulo post in suam patriam reru-  
lerunt, quomodo ante consummationem iusserat martyr Christi. Oportebat enim  
eum quæ & genuerat & aluerat, eum quoquæ accipere consummatum martyrio:  
& non illam quidem tenere locum matris, aliam autem præter eam frui gratia re-  
liquiarum. Hoc enim consultò factum est à Christi prouidentia: Quem decet  
omnis gloria, honor, potentia, maiestas & magnificentia, nunc & in secula seculo-  
rum, Amen.

Cap. 9.

Felicissime pro Christo occumbit.

Vide studiū antiquorū erga reliquias sanctorum.

TIMOTHEI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

NARRATIO DE MAXIMIS MIRACVLIS SAN-

cti & gloriosi martyris Menæ.



**A**ccidit, vt post mortem impij & Deo inuisi Diocletiani Impera-  
toris, Dei voluntate imperaret Constantinus, pius & Christi amās  
Imperator. Cordis enim eius oculos tetigit lux intelligens, & ei  
illuxit gratia Dei, qua superat omnem hominis intelligentiam,  
potentique & inexpugnabili sua dextera deduxit eum ad v. am  
salutis. Nam vbi est gratus animus & cor mundum, illuc etiam ac-  
cedit sanctus spiritus. Erat autem vir, qui valde timebat Deum, &  
omnia eius mandata exequabatur diligentissimè, omnem hominem deducens ad  
portum salutis. Meminerat enim eius, qui dixit: Non adorabis deum alienum, sed  
adorabis Deum viuū: & reddes altissimo vora tua. Iussit autem edicta quoquæ scri-  
bi per vniuersum orbem terræ, vt Christus, qui blasphemijs & maledictis incessaba-  
tur ab impijs & iniquis gentibus, prædicaretur in omnibus finibus, & crederent  
omnes in patrem & filium & spiritum sanctum. Iussit ecclesias quoquæ edificari, in  
nomine omnium sanctorum & gloriosorum martyrum, qui propter verū Deum  
nostrum fuere martyres, & confessi sunt pulchram confessionem. Similiter autem  
iussit etiam mundum & incruentum Christo Deo nostro quotidie offerri sacrifici-  
um ad conuersionem & penitentiam omnium fidelium.

Miraculū 7.

Encomium Constantini Magni.

Exod. 20. Dent. 5. Psal. 1.

Constantinus iubet ecclesias extrui in honore martyrum.

Tunc surrexerunt quidam ex fidelibus ciuitatis Alexandrinæ, & quasi erunt reli-  
quias sancti & gloriosi martyris Menæ, vt in eius nomine sanctum templum extru-  
erent. Vniuersa autem illa prouincia congregata fuit in loco, vbi erat templū edi-  
ficandum, vt id citò perficerent. Eo autem perfecto Dei gratia & sancti intercessio-  
ne, erat homo quidam ex regione Isaurorum valde diues. Ingressus est autem Ale-  
xandriam causa negotiationis: & audiuit omnia miracula & curationes, quas fe-  
cit sanctus Menas, & dixit apud se: Volo ego quoquæ ire, vt orem in templo sancti  
martyris Menæ, & adorem preciosas & sanctas eius reliquias, & dem illic paruum  
benedictionem: vt Deus nobis ferat opem, & nos seruet sancti intercessionibus.  
Surgens itaque accepit secum crumenam, & transijt ad lacum maritimæ. Et cum in-  
uenisset nauigium, peruenit ad locum, qui dicitur Loxoneta: & egressus è nauigio,  
sibi quasi mansionem, erat enim vespera. Deindè cum in loco inuenisset taber-  
nam, dixit domino tabernæ: Amice, fac mecum misericordiam, & accipe me in tu-  
am tabernam, quoniam aduesperascit, & timeo solus viā ingredi: neque enim hīc  
habeo

Y

UR IUS

OPER  
IOBER  
RVIII  
5

habeo vllum alium. Dixit autem ei tabernarius: Ingredere frater, & mane hie donec illuxerit. Ingressus autem hospes, sedit in taberna. Dominus vero taberne parauit vestes stragulas, vt ambo dormirent.

**Crudele facinus.**

Cum viri autem crumenam vidisset tabernarius, subiit cor eius, qui semper vna nostrae curis vacua inuidet diabolus, & fecit eum vigilare, donec somnus inualisset hospitem. Cum is autem dormisset, surgens tabernarius, accepit gladium, & occidit hominem. Deinde accepit iram vt erat, crumenam, & dixit apud se: Quid faciam hoc corpore, ne quis sciat eadem quam feci, & me deferat ad magistratum? Sed furgam, & hoc probe curabo. Immittam enim in sportam, & iaciam in lacum. Quod cum fecisset, suspendit eam sub tecto, vt cum data ei esset potestas eundi ad lacum, cum illic idceret. Cum haec autem fecisset, ortus erat Sol, & timuit interdum eum in lacum iacere. Accepit vero eius quoque caput, vt id quoque frangeret, & immitteret in sportam. Ecce autem sanctus martyr Christi Menas, venit equis cum magna multitudine, praeseferens speciem spatharii, accedens ad tabernam. Videns vero sanctum venientem tabernarius, timuit, quoniam saluum adhuc erat caput hominis: & festinans, accepit caput, & id suspendit in medio tabernae, nesciens quid ageret pro meta. Cum venisset autem sanctus Menas, aperuit ostium tabernae, & apprehendit hominem, qui dicebatur tabernarius, & dixit ei: Dic mihi verum. Vbi est homo hospes, qui hie mansit? Dicit sancto tabernarius: Non mansit hie homo hospes. Dicit ei sanctus: Si non mansit hie homo, sede hie quietus, & ego eum inueniam. Cum ergo statim sportam accepisset sanctus Menas, inuenit caput hominis saluum cum reliquis membris, & dicit ei: Non dixi tibi me, propter quem huc veni, hominem ex me esse inuenturum? Tunc videns tabernarius sanctum, & cohortem quae erat cum eo, valde timuit. Existimabat enim Imperatorem omnino cognouisse eum, & misisse ad eum. Quamobrem metu perculsus, rogabat sanctum, qui videbatur spatharius, dicens: Misere mei, domine mi, quonia peccavi valde, & cognosco peccatum meum esse valde magnum. Vnde etiam Imperator te misit ad me miserum: & considerans Dei gratiam esse tecum, confiteor me peccasse coram Deo & coram te. Quando vidi, domine mi, crumenam valde magnam, implem esse cor meum infelicis furore aduersus eum, & sui eum, donec esset sopitus. Deinde autem surrexi, & occidi eum, vt eius possiderem pecunias. Ecce autem, domine mi, nondum accessi ad eius crumenam, neque ex ea accepi aliquid: sed eam do saluam tu prope stanti, & praeterea alios tibi dono centum nummos: me solummodo libera ab hac caede. Respondit ei sanctus Menas, & dixit: Ducere, o homo, poenitentia tua delicta, & ego tibi condonabo. Ille autem dixit: Domine spatharie, facio vt iubes: & qua hora liberatus fuero ab hoc periculo, ibo ad sanctum Menam, & poenitentia motus, accipiam habitum. Videns autem sanctus eius poenitentiam, dixit ei: Affer huc caput me sportam, in qua iacent membra hominis, vt perfecte euadat manifesta Dei gloria in sanctis suis. Tabernarius autem protulit sportam, & eam posuit coram sancto, & ea hora in loco suo posuit omnia membra hominis. Tunc flexis genibus sanctus Menas diu orauit clementem Deum, vt suscitaret eum, qui fuerat occisus: non propter hominem solum, qui occiderat, sed etiam propter eos, qui tunc erant, haereticos & gentiles, qui erant increduli in sanctum Dei martyrem.

**Vide stupendum sancti Menae miraculum.**

**S. Menas in specie spatharii venit excitatus crudeliter occisum feruum suum.**

**Sanctus Menas excitat mortuum.**

Post longum autem tempus dixit sanctus Menas ei, qui fuerat occisus: Tibi dico: In nomine Domini nostri Iesu Christi, qui me firmavit in petra confessionis tuae, surge sanus, & egredere ex hoc loco valens & saluus, & coniuncta habens omnia membra tua sicut prius, vt per te discant haeretici & impiae gentes gloria Dei nostri. Scias autem ipse quoque, quod ego sum Christi seruus Menas. Protinus autem in illa hora surrexit homo saluus & sanus & perfectus, sicut erat prius. Tunc homo stupore affectus, humi flexis genibus, adorauit sanctum martyrem Christi Menam, & ea quae cum eo erat multitudinem, dicens: Ago gratias Deo & Domino omnium, qui fecit mecum misericordiam per tuum aduentum sancte Dei. Nam cum essem somno grauius, veniens dominus cum magnis copijs me excitauit. Et cum ei benedixisset sanctus martyr Christi Menas, & similiter etiam occisori, statim ab eis euauit. Tunc cum magno gaudio tabernarius accepit centum illis numis, & hospes eius crumena ablatus, & corpus eius in templum sancti martyris Menae, & dederunt ea, quae sancto promiserant. Et statim confessus est tabernarius coram vniuerso populo eadem, quam fecerat, hospitem, & quomodo admodum Sanctus eum suscitauit suis precibus. Cum omnes autem Deum glorificassent.

**Templum Menae martyris antiquissimum.**

ficasset, admiratus est hospes, audiens quod interfectus, immo verò membratim conciliis, per preces sancti repete surrexisset. Eum verò rogauit tabernarius, ut eius acciperet habitum. Tonus aut tabernarius, illic mansit septem annos, & sic in poenitentia obiit & confessione. Hospes autem reuersus est letus & exultans in domum suam, & toti Alexandriae narrans gloriam Dei, & miracula sancti & gloriosi martyris Mena. Ab eo aut die creditur magna multitudo gentiliu & haereticorum, admirantes, stupentes, quod Deus per sancti intercessionem curet omnem animam.

Aliud miraculum, o dilecti, volo vobis narrare, quod factum est a sancto & beato martyre Mena. Alexandriae erat quidam vir diues, nomine Eutropius. Qui dixit apud se: Deus impleuit me donis suis. Ecce vado ad artificem, & faciam duos discos argenteos, & ex eis dabo vnum templo sancti Mena, & habebò alterum in meum vium: & in decessu eum quoque dabo sancto pro remissione meorum peccatorum. Accersit autem artificem in domum suam, & dixit ei: A desdum magister, accipe haec vasa argentea, & ijs fractis, fac mihi duos discos, nihil addens, nec alium faciens alio superiore: & in vno quidem scribe nomen sancti Mena, in altero verò nomen meum, & diligentia vtere ad haec opera. Fecit autem discos aurifex, & eos inscripsit, euasit verò sancti discus, preciosior & honorificentior. Eutropius autem inuidit disco sancti, & dixit apud se: Ego vado ad sanctum: ei autem dabo discum, in quo scriptum est nomen meum, & tenebo discum sancti ad vsum meum, & in vltimo die vite meae eum quoque reddam. Tunc abiens ad litus, constituit nauem ire vsque ad templum, dicens apud se: Porto sancti discum ad meum ministerium. Cum esset autem tempus prandij, dum ipse nauigaret, parauit seruus eius mensam, ut ipse pranderet. Accipit verò seruus discum sancti, & domino suo cibum in eo apposuit. Postquam autem impletum fuit prandium, abiit seruus eius ad lauandum discum in lacu. Ecce autem extitit magna caligo, & cecidit discus in aquam. Timens verò seruus, ne eius dominus id sciret, & eum tormentis perderet, exutus se proiecit post discum. Quando autem sciuit dominus quod factum fuerat, magno dolore est affectus, & scidit vestimenta sua, ciulans & dicens: Hei mihi misero, valde peccaui. Inuidens enim disco sancti, cum eo seruum quoque meum perdi. Quid faciam nescio. non enim habeo hominem, qui mihi seruiat. Hei mihi, fuit haec res mihi magno probro & dedecori. Si enim sciuerint, quod discum sancti retinuerim, quanto me probro afficiet? Vtinam priusquam hoc significare, pro vno disco dedissem templo tres discos, duos argenteos, & vnum aureum: & ad me non peruenisset hoc malum opus & dedecus hominum. Sarius enim fuisset eos dedisse, quam seruus meus morte acerba mihi perisisset. Quod si dignus censear, qui vel eius corpus videam, ut sepeliam, dabo duos discos templo sancti martyris Mena: & eius serui, quem perdi, dabo precium, quoniam sum transgressus, retinens sancti discum in vsum meum.

Eo autem haec sic edesente & dicente, nauis venit ad portum. Eutropius autem adspiciebat in litore, apud se sperans & dicens: Fluctus corpus eius omnino traxerunt ad litus: inuentum verò id sepeliam. Dixerunt autem ei nauarum nauigij: Quam est hoc à ratione alienum, quod cum duobus diebus nauigauerimus, tu modo queris eius corpus. Dixit Eutropius: (erat enim valde fidelis) Spero in Deum & in sancti Mena intercessionem, qui eum, qui erat membratim conciliis & mortuus, excitauit saluum & integrum, quod eius corpus videbo ante mortem meam, ut id sepeliā propter probum hominum. Haec cum ipse dixisset, ecce puer veniebat cum disco sequens nauem. Eutropius autem cum vidisset puerum procul stantem, secum quoque discum habentem, & nauem circumuentem propter dominum suum, nauem viso puero, prorā nauis ad mouerunt litore. Cum hoc autem vidisset seruus, apprehendit funem nauis, & in eam est ingressus. Quando verò vidit ipsum dominus eius, amplexus est eum letus, & dicens: Ecce bonus meus seruus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Lachrymantes autem omnes propter id, quod factum fuerat, eum sunt consolati. Ille autem dixit: Letabor & exultabo, quod Deus me hodie est misertus per intercessionem sancti martyris & defensoris mei Mena. Cui non narrabo, o sancte Dei, admirabilia & haec signa, quae in me ostendisti? Vnum autem me cruciat & vnum horreo, quod si omnia mea tibi obtulerò, non sufficiunt: quoniam peccaui, & non memini eius, qui dixit: Non concupisces res proximi tui, & maxime sancti. Nunc autem, fili, dic mihi, quid tibi accidit in lacu, & quomodo fuisti ex eo liberatus? Dixit puer: Domine mi, quando accessi vt lauarem discum in lacu, orta est magna caligo, & cecidit à me discus

Nota vim & efficaciam intercessionis sanctorum.

Miracul. II.

Eutropius centatur à satana.

Diuina vltio fraudis eius persequitur.

Sanctorum intercessio.

Sancti martyres defensores nostri.

Exod. 20.

URTIUS

OPER  
LIBER  
RVIII  
5

in lacum, & dixi apud me: Quid faciā, aut quomodo me excusabo domino meo? Timore itaque affectus, me ieci in lacum. Quando autem ingressus sum aquam, vidi virum valde lucidum, & alios duos stantes cum ipso, & dixit eis: Tenete eum, & ab illa hora nunquam separati sunt a me, donec huc veni. Statim autem cognovit Eutropius celerem fuisse adiutorem magnum Christi martyrem Menam, & Deum laudavit, qui dedit talem potestatem sanctis suis. Deinde ambo simul euntes, venerunt in templum sancti Menae, & dedit illi duos discos, & servum illum, ut serviret illi sancto loco, & sic reversus est in domum suam, laudans & benedicens Deum, & omnes sanctos eius, qui per ipsos dat salutem populo.

Nota quid  
Sancti pre-  
stent homi-  
nibus.

Per sanctos  
dat Deus  
salutem.

Mirac. III.

Erat mulier quaedam sterilis in regione Phecozeletarum. Ea erat valde dives in auro & argento: a parentibus autem & marito eius vocabatur Sophia. Erat autem eius quoque maritus valde pius & virtutis studiosus. Cum vero audisset mulier illa sterili, de beato & glorioso Christi martyre Mena, & eius miraculis, dixit apud seipsum ego quoque humilis & abiecta in templum sancti, & cum illic adoraverim, deest peccata mea: quoniam non est mihi filius, ut sit haeres mearum facultatum. Scriptum est enim: Transibit mundus, & cupiditas eius. Tollam ergo aurum meum & omnia mea, & veniens in templum sancti Menae, ea illic dabo pro remissione meorum peccatorum, & omnino in futuro vitam aeternam possidebo. Surrexit autem mulier, & accepit omnia quae habebat, & clamavit sola in templum venerandum sancti Menae, nec fuit ullus e domo eius, qui animadverteret, ne id renunciarerent marito suo, & is eam retineret. Cum autem ingressa esset sola in solitudinem, & perambularet ad unum milliare a templo sanctae & gloriose primae martyris Teclae, ea ambulante, ecce quidam miles ex iis, qui viam custodiebat propter latrones, venit equo accurrens: & cum vidisset mulierem, ingressus est diabolus in cor eius, (erat autem hora sexta diei) & quando adspexit eam ambulantem solam, voluit ei id facere, quod cum incitabat oestrum libidinis.

1. Ioan. 2.

Tecla pri-  
ma marty.

Erod. 10.

Cum itaque tenuisset mulierem, dixit ei: Quod vadis, o mulier? Putabat autem mulier eum voluisse rapere divitias, quas ipsa secum ferebat ad ministerium martyris, & dicit ei: Ecce ego vado ad templum S. Menae. Ille ei dicit: Ecce locus est desertus, & nemo est qui nos adspiciat: age dormiamus simul. Si autem mihi non obediens, ego occidam hoc meo gladio: accipiam autem tuas pecunias. Illa vero respondit cum lacrymis: Ne, o domine mi, turpe hanc rem feceris in me, quae sum humilis & abiecta. Egressa enim sum e domo mea, ut vadam in templum Dei, & desicet peccata mea: neque ullum alium cognovi unquam, nisi meum maritum. Time eum qui dixit: Non concupisces res proximi tui: & memero eius, qui dixit: Alienae parti ne appropinquaveris. Cōdona mihi misere, & ne cogas me hoc facere. adiuro te per Deum & sanctum eius Menam, quod me & magno dedecore afficis, & hoc peccatum tibi non condonabitur, neque in hac vita, neque in futuro seculo. Miserere mearum lacrymarum, & parce meis gemitibus. Quod si me dimittas, praebeo tibi duo numismata. Illa autem nolens, eam valde tenebat: & gemens dicebat mulier: Undique mihi sunt angustiae. Deinde etiam flexis gemitibus, cum lacrymis clamabat & gemitibus: Ecce Domine, tu scis occulta hominum, & cognoscis non esse meam voluntatem, neque hanc iniquitatem. Clamansque magna voce dixit: Sancte Dei Menae, fer mihi opem.

Eccē quomodo mulier sanctum invocavit, & ille statim adest, & fert opem.

Cum autem miserabilis ille eam iecisset humi, ut ei afferret vitium, alligavit equum sui habenas pedi suo. Tunc sanctus Christi martyr Menas, qui eos liberat, qui ipsum invocant in afflictione, ea ipsa hora accedit eques, & mulierem rapuit e manu militis, & eam portavit ad equum suum. Equi autem frenum tenens sanctus, magna vi eum trahebat. erat autem alligatus pes militis: & currens equus, dominum suum trahebat super terram, donec venisset in templum sancti martyris Christi Menae. Eum vero videns uniuersus populus, fuit obstupefactus. Interdum enim magna multitudo populi congregatur in templo sancti Menae. Ille autem miles quando vidit gloriam sancti, accepit equum suum, & donavit templo sancti martyris Menae: & ab illo die non peccavit miles usque ad horam mortis suae: sed versabatur in precibus & supplicationibus, & cum multis lacrymis rogabat sanctum, ut ei condonaret hoc peccatum.

Mirac. IIII.

Erat Alexandria Hebraeus quidam negotiator, habitans prope quandam Christianum. Intercedebat autem magna amicitia inter Hebraeum & Christianum. Quodam vero die vadens Hebraeus ad negotiandum, reliquit in domo Christiani curam

menam bullatam. Quando autem reuersus est Hebræus à negociatione, misit dona ad Christianum, propter eam quod aurum custodijisset. Quando autem dona ab eo accepit Christianus, eum illudens in corde suo, dixit: Reuerà & dona accipia, & si tuas quasiers pecunias, nihil habebis. Porro autem sic quoque vxori suæ est locutus: O vxor, si videatur, negemus huic Hebræo aurum suum: & si pergat reposcere, iuremus ei: & sic recedet. Nam quod propter eum fit iusurandum, nos non ledit, quoniam Hebræo iuramus, & non Christiano. Illa autem dixit: Domine, fac vt tibi videatur. Sequenti verò die surrexit Hebræus, & venit ad Christianum. Christianus autem diaboli suggestionem negauit, dicens: Nihil vnquam nobis dedisti. Inter se autem diu litigarunt, adeo vt illuc tota congregaretur ciuitas. Postremò autem Hebræo venit in mentem, vt diceret Christiano: Frater, audiui à multis de sancto & glorioso martyre Mena, quòd magna eius sit gloria, & ignominia afficiat eos, qui iniuste iurant. Surge ergò, eamus illuc, & iura, quòd apud te nihil reliqui, & vade in pace. Dixit Christianus Hebræo: Sed non ingreditur Hebræus in templum Christianorum. Dixit Hebræus: Si non possum templum ingredi, stabo foris in porticu. Christianus autem despexit iusurandum, dicens: Sanctus Menas est nostrum miserturus, quoniam Hebræo iuramus, & non Christiano.

Quodam ergò die ierunt ambo in templum sancti Menæ ad dandum iusurandum. Dixit autem Hebræus Christiano, antequam ipse iuraret: Amice, time Deum, & miserere animæ tuæ. Accipe quas vis pecunias, & redde mihi reliquas: solum nē iures. Christianus autem ne sic quidem voluit eum audire. Tunc Hebræus humi inclinatis genibus, dixit cum lachrymis: Deus qui me dignum censuisti, vt venirem & ingrederer in templum sancti & gloriosi tui martyris Menæ, sis tu arber inter me & hunc Christianum: & magna voce clamans, dixit: Sancte Mena, etiamsi sim indignus, qui te nomen, attamen tu quoque hodiè signa ostende, vt semper: vt ego quoque humilis & abiectus te glorificem. Ingressus autem Christianus in tēplum, & nullum omninò habens Dei metum in corde suo, iurauit. Spectabat autem Hebræus, & expectabat fore, vt omninò in eum fieret aliquod signum. Sed in eum vsus est sanctus lenitate & patientia. Quando verò peractum fuit iuramentum, ambo sunt reuersi domum. Cum autem ambo egressi essent à loco illo ad tria milliaria, conturbauit Christiani equus dominum suum, & eum iecit in terram: & cecidit annulus sigilli scrinij è sinu suo. Quasiuit autem, & id non inuenit. Gaudebat autem Christianus se cecidisse ex equo, arbitratus hanc esse iusurandi remunerationem. Deinde surgens equitauit, & simul proficiscebantur. Cum autem peruenisset ad locum, qui dicitur Loxonetas, simul ingressi sunt in forum, & emerunt cibos, & sedentes comedebat. Penitentia autem ductus fuit Hebræus, & dixit: Cur credo ego in sanctum Menam, quoniam nulla vidi ex mirabilibus, quæ facit quotidie? vtinam non eum iurasset: forsasè ductus fuisset poenitentia, & potuisset mihi aliquandò dare aliquid ex meis. Clamans autem, dicebat cum lachrymis: Hei mihi, sic omnia mea deuorauit. Quid faciã nescio. Gratias autem agens, dixit: Reddam votum meum & sollicitudinem meam Domino, & sancto martyri Menæ: & vt Deus iubet, sic fit.

Cum autem sederent ambo, ecce venit seruus Christiani, ferens crumenam cum rationibus. Quem cum vidissent, ambo sunt admirati. Dominus autem serui, magno timore est affectus, & interrogauit seruū suum, dicens: Vnde venisti, & quid portas? Respondit seruus, & dixit: Veni ad te missus à domina mea, vt iussum tuū impleam. Dixit autem dominus eius: Quem iussum? Dixit seruus: Domine mi, hodiè venit magnus miles, eques ad dominam meam, habens annulum sigilli scrinij tui, & dixit ei: Cape, mulier, hunc annulum sigilli: nostine eum? Illa autem dixit: Noui. Ille verò dixit: Maritus tuus rogans me, misit ad te, dicens: Mitte ad me crumenam Hebræi per seruum meum: quoniam valde torquetur à sancto Mena. Et propterea, domine mi, ad te huc attuli depositum: & si non credis, ecce annulum sigilli scrinij tui. Ille enim miles cum dedit dominæ meæ. Tunc surgens Hebræus, accepit marsupium suum bullatū: & latus magna voce clamauit, & dixit: Magnus est Deus, & sanctus eius martyr Menas. Admirabilis est fides Christianorum. Nullus in te sperans, Domine, & in virtutem & auxilium sancti tui martyris Menæ, vnquam pudore afficitur. Ecce Domine, ego quoque fio Christianus per intercessionem sancti martyris Menæ.

Deinde cum marsupium accepisset Hebræus, reuersus est cum magno gaudio in

Malus deus  
lus mali  
Christiani.

Diuitius  
punitur per  
iuratus & per  
fidus Christi  
ianus, sed  
leniter.

Diuitius  
punitur per  
iuratus & per  
fidus Christi  
ianus, sed  
leniter.

Note re ad  
miracione  
dignam.

Iudex in  
signi mira  
culo permo  
tus creditur  
Christum.

URTIUS  
per  
her  
RVIII  
5



templum sancti Menae, & ei donavit tertiam partem marsupii, nempe mille nummos, dicens: Ecce sancte Dei, coram te dixi ei: Quotcunq[ue] vis, nummos accipe & marsupio, & da mihi reliquos: nec hoc in animum induxit, ut faceret: eos accipit sanctum templum tuum pro luminaribus. Fugiens ergo ab eo tempore vaniloquorum superstitionem, cum fuisset catechesi institutus cum domo sua, baptizatus fuit in nomine patris & filii & spiritus sancti: & connumerata fuit vniuersa eius domus inter omnes Christianos, cum pietate & veritate Deum laudans & sancti eius martyrem Menam, quod eos, qui iniuste iurant & transgrediuntur nomen Dei sancti, pudore afficit, & ut nihili fiant, efficit. Ab hoc die, seu iuste, seu iniuste, nullus ausus est iurare in templo sancti. Christianus autem abiit gemens & tremens in domum suam, accepitque dimidium bonorum suorum, & obrulit sancto Menae: & illic motus poenitentia, deslebat peccata sua, & non discessit a templo sancti, donec decessit, cum in poenitentia ambulasset ad Dominum, & consecutus esset veritatem sancto & glorioso martyre Christi Menae.

Periurus Christianus agit poenitentiam.

Mirac. V.

Erat quidam vir claudus ac mancus a puero, & non poterat nec pedibus ambulare, neque laborare manibus, & neque a medico, neque ab vlllo homine ei ferretur auxilium. Cum autem ipse quoque audiuisset ab omnibus curationes & miracula, quae fiebant a sancto Menae, rogauit quosdam, qui eum illuc deduxerunt. Cum cum autem vidisset turba, est admirata. Inuenit vero illic quoque claudus mulierem quendam claudam, quae nunquam est locuta. Permanebant autem ambo illi, a superpetentes curatione. Cum is autem fuisset longo tempore in templo sancti Menae, & non fuisset curatus, valde iratus fuit S. Menae, dicens: Sancte Dei, quomodo video, omnia quae de te audiui, sunt falsa, & non vera. Illa autem nocte sanctus apparuit claudo, & dixit ei: O homo, cur mihi succensuisti? Quid vero tibi mali fecit? Sed quoniam, ut dicis, non possum te sanare, nisi feceris, quod dico tibi, non sanaberis in

Eccē quam stupendo medio, Deus per sanctos suos & gratias praebet curationem.

eternum. Dicit ei claudus: Quid faciam domine mi? Dicit ei sanctus: Si velis esse sanus, abi nemine sentiente, & veni ad stragulum mulieris muta, & dormi cum ea, & accipies curationem. Experrectus autem claudus, est admiratus, putans sanctum eum illudere aut tentare, & dixit apud se: Hec mihi misero, nescio quid agam. Veni ut quarerem sanitatem mei corporis, & ut videretur, sanctus me impellit ad fornicationem, & maxime in templo suo, & si hoc fecero, timeo ne mihi aliquid statueretur. Quamobrem iterum indignatus claudus, rursus dixit sancto: Sancte Dei, cum me non possis curare, suades ut me praecipitem in fornicationem? Talis est doctrina sanctorum? Rursus ergo tertio ei in somnis apparens sanctus, dixit: Fac quod tibi dixi, & tunc accipies sanitatem. Ille autem experrectus, dixit: Sancte Dei, facturus sum quod iubes, & ut iubet Deus & tuum auxilium. Deinde cum ad praesentem, ubi iacebat muta, expectauit donec sopori se dedissent omnes turbae, quae erant in templo, & tunc surgens, & se trahens, peruenit ad stragulum muta, & apprehensum mulieris pallium traxit, & eam nudauit. Quando autem nudauit eam, excitata est a metu turbata muta, & est locuta: O violentia, vir supra me ascendit. Ille autem praemetu & pudore, volens se e stragulo praecipitare & fugere, surrexit sanus in illa hora, currens instar cursoris. Tunc admirati omnes, quod factum fuerat, nempe quod & muta esset sanata, & claudus surrexisset sanus, narrans eis ea, quae in somno viderat, omnes Deum laudauerunt, qui per sanctos suos praebet omnibus curationem: & sic ambo domum redierunt, Deum & sanctum Menam laudantes & glorificantes.

Nota, Qui per sanctos suos praebet omnibus curationem.

VITA BEATISSIMI MARTINI TVRONENSIS EPISCOPI, AB EIVS DISCIPULO Seuero Sulpitio conscripta.

EPISTOLA AVTHORIS AD DESIDERIVM.



Seuerus Desiderio charissimo fratri salutem. Ego quidem, frater vnanimis, libellum, quem de vita sancti Martini scripseram, sibi obda sua \* premere, & intra domesticos parietes colibere decreueram: quia ut sum natura infirmus, iudicia humana vitabam, ne quod fore arbitror, sermo incultior legentibus displiceret, omniumque reprehensione dignissimus iudicaret, qui materiam, dis-

non promere